

(1453, kurz vor Oktober 9, Tegernsee).<sup>1)</sup>

Nr. 3672

⟨Kaspar Aindorffer⟩ bittet NvK um Klärung, ob auch Novizen täglich die Stundengebete sprechen müssen und ob alle Mönche täglich die sieben Bußpsalmen singen müssen.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 5940 f. 86<sup>ro</sup> (= A); ebd., Clm 18711 f. 91<sup>ro</sup> (= B); ebd., Clm 19608 f. 26<sup>r</sup> (= C; gekürzt).

Druck: Vansteenberghe, Autour 118 Anm. 1.

Reverendissime pater. Dubitant quidam, utrum pueri vel etiam mature etatis novicii probacionis habitum gerentes, ratione eiusdem ad horas canonicas teneantur, quemadmodum similis condicionis religionem professi obligari videntur. Quod sic duplici quidam ratione nituntur probare: una, quia novicii equaliter cum professis sunt beneficiati et eadem cum ipsis emolumenta assecuntur; altera, quia suo modo privilegio gaudent monachatus. Alii vero oppositum sentiunt, asserentes tales ante regularem professionem ad horas huiusmodi de necessitate precepti minime obligari. Quod autem horum sit verius tenendum, vestra r. p. pro revelandis conscienciarum scrupulis disserere dignetur.

Item utrum septem psalmos penitenciales<sup>2)</sup> quilibet sacerdotum vel dyaconus, ratione ordinis accolitatus, cottidie dicere teneatur sub pena gravis peccati, prout quidam opinantur.

---

2 quemadmodum: quem addidi A. 6 obligari: a.R. alias: non puta tales qui non sunt in sacris obligari B. 7 vestra: folgt v. A.

---

<sup>1)</sup> Die Datierung ergibt sich aus dem Brief Nr. 3671, dem Nr. 3672 in Clm 18711 als zedula inclusa zugeordnet wird. Die Antwort des NvK (Nr. 3701f.) ist hier im unmittelbaren Zusammenhang überliefert.

<sup>2)</sup> Vgl. die Tegernseer Consuetudines; Angerer, Bräucbe 180.